



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||**

**Johannes <Damascenus>**

**Parisiis, 1577**

De ijs, quæ misceri, qtque commercium inter se habere non possunt. cap.  
li.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A quoniam præuicatus est pactum Domini, & fecit nefas in Israël. Surgens itaque Iosue manè, dixit Achan: Indica mihi quid feceris. Et ait Achan: Vidi inter spolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos fidos argenti, regulamq; auream quinquaginta fidorum, & concupiscens abstuli, & abscondi terra contra medium tabernaculi mei. Et lapidauerunt eum, & totam ipsius familiam.

DE IIS, QUÆ MISCERI, ATQVE COMMERCIIUM INTER SE HABERE NON POSSUNT.

CAP. LI.

B



VID paleis ad triticum?

Si comunicabit lupo agno, aliquando: sic peccator iusto. *Hier. 23. Eccl. 13. 16.*  
 Quid communicabit cacabus ad ollam? Quando enim se colliserint, confringentur.

Non potestis calicem Domini bibere, & calicem demoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ demoniorum. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ participatio luci ad tenebras? aut quæ conuentio Christo & Belial? aut quæ pars fidei cum infidelibus? aut quæ consensio templo Dei cum idolis?

C

Tenebræ lucis præsentiam non sustinent: morbus orta sanitate non consistit: turbidi animi motus præsentis tranquillitate vim suam non exerunt: cassa & inanis mors est, atq; ex oculis euanescit corruptio, cum vita in nobis regnat, atque incorruptio imperio potitur. *Inerti.*

Fiat in me voluntas tua, vt diaboli voluntas extinguatur. Quemadmodum enim in ca simile. lignosis antris, illato lumine caligo de medio tollitur: sic voluntate tua in me effecta, improba omnis, & turpis voluntatis agitatio in nihilum redigitur.

Voluptas laborem non admittit, nec mærorum letitiam, nec tristitia oblectationem. Nec *Cyilli.* rursus labor imperium tenens voluptatem admittit, nec mærorum dominium obtinens letitiam adiunctam habet, nec tristitia cum oblectatione coniuncta est. Affectus enim contrarij eam rationem habent, vt inter se copulari nequeant, neque inquam amico sedere sociari, propter implacabilem illam inimicitiam & simultatem, quam à naturam habent.

D

Fieri non potest, vt amor mundi vna cum Dei amore existat: quemadmodum nec fieri, vt lux cum tenebris versetur. *Philom.*

Hic in Græco incipit littera B.

DE REGNO COELORVM.

CAP. LII.

E



VÆRITE primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia *Matth. 6. 11.* adiciuntur vobis. A diebus Ioannis Baptistæ regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit omnia quæ habet, & emit agrum illum. *3. Matth. 13. 44.*

Simile est regnum cælorum homini quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiens vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. *20. Matth. 13. 45.*

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo manè conducere operarios in vineam suam, &c. Respondens Iesus, rursus locutus est eis in parabolis, dicens: Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & volebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum parauit, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt, *22. Matth. 22.*

F ij